



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Antonii Sanderi Presbyteri, S. Th. Licentiati Hagiologivm  
Flandriae Sive De Sanctis eius Prouinciae Liber vnus**

**Sanderus, Antoine**

**Antverpiae, 1625**

Pharahildis Virgo Gandaui.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10172**

## OSVALDV S REX

*Bergis S. Winoci.*

**R**es eius gestas Beda lib. 3. h[ist]oriae Anglorum cap. 6. prosequitur, eiusdem ossa anno Domini 1221. ab Adamo Morinorum Episcopo ad Bergense sancti Winoci Monasterium sunt translata, cum reliquiis B. Itisbergæ unde inter Martyrum memorias annuè à Bergensibus legitur. Duodecimo Kal. Iulij gloria translatio S. Osvaldi Regis & S. Idabergæ Virginis. Quâ etiam occasione ibidem de B. Oswaldo exstat vita liber, & Drononis ex Bergensi Monacho Morinorum Episcopi sermones duo. Periit tamen per bella & vastationes Gallicorum reliquiarum eius magna pars.

## PHARAHILDIS VIRGO

*Gandaui.*

**P**HARAHILDIS egregiæ stirpis egregius flosculus patrem <sup>4. Ian.</sup> habuit Theodoricum virum nobilissimum, matrem vero sanctam Amelbergam. Frater illi fuit (sed ex alio Patre videlicet Witgero Comite: duos enim Maritos S. Amelberga habuit) sanctus Emebertus Cameracensis Episcopus, sorores autem S. Rainildis & sancta Gudila urbis Bruxellensis patrona: ut scribit Baldericus Nouiomensis ac Tornacensis Episcopus in Ecclesiæ Cameracensis Chronico. Pharahildis à S. Gertrude Abbatisse Niuellensi cognata sua sancte instituta, à teneris annis pietatem egregie coluit, & in bonis operibus ad extremum

tremum usqne vitæ diem serio perseuerauit. Anno autem à Christo nato septingentesimo quinquagesimo quarto Agilfridus Abbas Monasterij sancti Bauonis Gandensis, idemque Episcopus Leodiensis sacrum Pharahildis corpus ex Lotharingia ad sancti Bauonis Monasterium adtulit, ad annum postea nongentesimo quadringentesimo. Petente Arnulfo Magno Flandriæ Comite, pars corporis S. Pharahildis, inde ad Basilicam in eius honorem Gandaui recens tunc exstructam, est translata; tradente sancto Gerardo Broniensi ac Gandensi Abbe. Est autem Gandaui insigne Canonicorum sancte Pharahildis collegium, quod ex vetusta illa Basilica, per Caluinianos vastata, in Parocialem sancti Nicolai in foro nostrâ ætate est translatum.

## P A N C R A T I V S M A R T Y R

*Gandaui.*

**12. Maj.** **P**Assus est Romæ in via Aurelia sub Diocletiano ætatis suæ anno decimo quarto. Pars reliquiarum eius Ultraiecti ad sanctum Saluatorem, & alibi alia eius habentur. Sunt etiam anno Redemtionis humani generis nongentesimo octogesimo quinto Reliquæ eius ex urbe ad Cœnobium Gandense delatae per Eremboldum tunc Monachum postea Abbatem cuius rei testimonium apud Molanum vide.

**P I A T V S**